110
75

Ea propter ad te virorum humanissi-
me confugio, obsecrans per Christum
ut consilio tuo nolis deesse homini
in exilio ~~[illegible]~~ constituto et afflicto.
Oro rescribas, an istic mihi ac meis
locus aliquis esse possit, ut apud vos
in hisce rerum motibus aliquamdiu, meis
sumptibus, sine ullius molestia, con-
sistam. Domini gratiam oro, et forsan
divino munere dabitur, ut Ecclesiae
vestrae aliquousque prosim: id quod cum
primis in votis habeo. Dominus vos istic
conservet, faciatque ut quietum profugis
et exulibus asylum esse possitis.
Opt: vale vir ornatissime.
Datae Bischofzell . 8 Aug: 1548

W. Musculus huma-
nitati tuae deditiss:

clarissimo viro
D. Joachimo
Vadiano Con-
suli Sangallen[si]
dn̄o & amico
in christo dn̄o
observand[o]

Vuolfgangus
Musculus